

RESPONSIONES

Argumentorum.

Ad primum si procederet, ergo non processio duplex.

Altera personalis, } Processio personalis aeterna, & hoc modo non. Procedit in creaturas.
 Altera assentientia. } Processio assentientia, & hoc modo procedit. Et sic hoc pacto potest esse aeterna,
 & temporalis. Sic tollitur secunda ratio.

Ad 2. ergo erit in potestate recipientis. R. esse in potestate stat tripliciter.

Esse in potestate stat tripliciter.

Vel ut feruus, } Si ut feruus possidetur, certum est, quod est in potestate possidentis, & hoc modo non est S.S. in nobis, cum a nullo dominetur.

Vel ut perficiens, } Si vero ut perficiens, & ut nihil, sic est in humana mente, quia S.S. Perficit, & } Perficit per gratiam, } Et ista possessio vocatur fructio perfecta, quia est usus, & Finit. } Finit per assentientiam. } fructio usus gratia, & fructio Spiritus Sancti.

Hinc potius habetur possessor a dono, quam habeat, & est potius in potestate dantis, quam recipientis, quia recipiens mutatur in Spiritum sanctificantem: Spiritus autem remanet idem semper, uti sol.

Ad quartum, quod datur lumen.

Respond. q. Dari Spiritum Sanctum ab hominibus stat quinque modis.

Primo productiue, siue effectiue. } Productiue, & effectiue, vel creatiue, & sic solus Deus dat gratia, quia creat, dat S. Sanctum, quia a patre, & a filio procedit. Nam si homo posset S. Sanctum, & gratiam dare tolleret quatuor portiones. Nam auferret ordinem, animam ad Deum, } Gloriam Dei, & Liberum arbitrium. } Spem in Deum.

Tolleret ordinem, quia gratia iustificat peccatorem, ergo Homo esset immediata causa iustificationis hoc falsum.

Tolleret liberum arbitrium. Nam dare gratiam, est posse super liberum arb. solus Deus potest in libero arbitrio, quia solus illabitur, ergo non potest homo.

Tolleret Gloriam Dei. Maxima Gloria Dei est iustificatio impij, per gratiam iustificatur, ergo si homo daret gratiam, & S.S. etiam maxima Gloria. Hoc falsum.

Tolleret spem in Deum: si homo posset dare S. Sanctum, ergo, & spem aeterni meriti, ergo Beatitudinem, ergo necesse esset sperare in eo, sed falsum, ergo non dat, nec productiue, nec creatiue. Dat bene.

Preparatiue, } Preparatiue per sacramentalia, } O perfectissimum agens dat potentiam agendi alijs, ut patet in rebus naturalibus. Omne agens communicat vim genito.

Ministerialiiter, } Ministerialiiter per sacramenta, } Ergo Deus debuit dare gratiam conferendi Spiritum Sanctum, hominibus.

Imperatiue, & } Imperatiue per orationem, } Respond. Verum est ubi non datur repugnantia ex parte recipientis propter imperfectionem conditionis, & virtutis, ut est in homine, qui est improporionatus creationi gratia, & dignitati infinita; Spiritus sancti. Hanc volui dixisse.

In sequen. explicabo mentem Doctoris Nostri, ubi quaerit. An charitas suscipiat magis ac minus?

LECTIO QVADRAGESIMA SECVNDA

Super Distinctio. 14. Ioan. Bachonis.

Distinctio. 14.

Ioan. Bachonis.

In qua quaeritur. An charitas suscipiat magis, & minus uti aliae qualitates.

Ex qua distinctio quinque praecipue eliciam notatu digna desumpta ex Doctore, & Philosopho cum alijs Theologis praecipuis.

Primum respicit continuationem, } Quo ad continuationem dicent nostrates. Ad quid spectat nunc agere de charitate an suscipiat magis, & minus? Magister agit de Spiritu sancti processione. Spiritus sanctus est Deus, Deus est substantia, substantia non suscipit magis, nec minus, ergo vana est questio. Dicatis istis sciolis, quod non penetrant lo. Bachonis, aciem. Nam continuatio est docta, optima, & necessaria.

Ratio. Cum Magister Sententiarum, explicauerit geminam illam processionem, S. sancti a patre, & filio, & in explicatione conluserit spiritum sanctum datum fuisse ad sanctificandas creaturas per charitatem: vnde ostendit, quod spiritus sanctus, dicitur etiam charitas, & in latitudine creaturarum vna creatura apparet sanctior altera, ut perspicuum est in Maria Virgine, quae excelluit omnes creaturas, sic dicitur de Apotolis, sic de Ioanne Baptista, de Hieremia, de Iob, de Helia, de Abraham, & de alijs, qui fuerit alijs sanctiores, Posset oriri maxima difficultas: An hoc proueniat.

A Gratia